AUGUSTINUS
Italien, Wende 11./12. Jh. Seite 155v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1547
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ac pendet in certo · pfecto
non uiuit ut uult · Quam
uis enim p fortitudinem
sit paratus excipere · et equo
ferre animo · quicqd aduer-
sitatis accederit male · Vult
tamen ut non accidat · et
si possit facit · Atq ita pa-
ratus ē in utrūq · ut quantū
in ipso ē · Alter ut oportet
alterū uitet · et si qō uitet ·
incurrit · Ideo uolens ferre
quia fieri non potuit quod
uolebat ne opprimatur ·
Ergo sustinet · sed premi
nollet · Quomodo ḡ uiuit
et uult · An quia uolens
fortis ē · ad ferenda que
nollet · Inlata ido igitur
id uult quod potest · qm̄
quod uult non potest ·
Hec ē tota utrū ridenda ·
an potius miseranda supboꝝ
beatitudo mortalium
glantium se uiuere ut uolt ·
quia uolentes patienter
ferunt · que accidere sibi
nolunt · Hoc ē enī aiunt
quod sapient dixit ter-
rentius · Qm̄ non potest
id fieri quod uis · id uelis
quod possis · Comede hoc
dictū ēt qs negat · Consiliū

ē · datū misero · nec eēt mi-
serior · Beato aūt quales
se eē oms uolunt · n̄ recte
nec uere dicitur · n̄ potest
fieri quod uis · Si enī beat
ē · quicquid uult fieri po-
test · quia non uult quod
fieri non potest · Sed n̄ ē
mortalitatis huius hec
uita · nec erit nisi quando
et immortalitas erit · Que
si nullomodo dari hōi
possit · frustra aūt beati-
tudo quereretur · quia
sine immortalitate non
potest eē · Pfectā beatitu-
dinē nisi in ęterna uita eē
non posse ·
Cum ergo
beati eē oms homines
uolunt · se uerius uolunt
pfecto eē et immortales
uolunt · Aliter enī beati
eē non possunt · Deniq
et de immortalitate int̄-
rogati · sicut de beatitu-
dine · oms eam sese uelle
respondent · sed qualis
cumq beatitudo que po-
tius uocetur quam sit in
hac uita queritur · Immo
uero fingitur dū immor-
talitas desperatur · sine qua
uera beatitudo eē n̄ potest ·